



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 77. Pacta privata cum Buchii Dynasta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1451.

§. LXXVII.

*Pacta privata cum Buchii Dynasta
inita.*

Joan.
Chart. Hist.
Car. VII.
anno 1451.

Privatæ quoque pacis conditiones cum Gastone de Fuxo Buchii promontorii Dynasta initæ fuere. Datum id Viri nobilitati, cui aliunde, utpote Periscelidis Ordinis Equiti, integrum erat Angliam repetere: prout non solum plena redeundi data est ei facultas, sed etiam concessum, ut secum, si vellet, vehere posset omnia sua bona, suppellectilem, aurum, argentum, vasa, ceteraque omnia, traditis insuper publicæ securitatis literis. Neque hic generosus Regis animus stetit; sed inter eos convenit, ut Candalix Dominus Gastonis Filius nonnisi tres annos natus, omnes terras, toparchias, arces, & castra, quæ Pater suus in Aquitannia possederat, jure Domini servaret, & immobilia bona a Filio ad suos posteros transirent, Fuxensi Comiti Patruo ejus usque ad legitimam Candalix Domini ætatem, horum bonorum administratione relicta; Hic tamen prius clientelare obsequium Regi usitata forma præstare tenebatur, Vasalli vero ejusdem Domini in verba Regionum Ministrorum jubebantur jurare, se semper Gallis fide, & obsequio addictos fore: cum autem juvenis

Gasto

Gasto præpediente ætatis vitio delibe- **Sæcul. XV.**
 randi copiam non haberet, amplum ei a **A.C 1451.**
 Rege datum est temporis spatium, quo
 iudicii maturitatem affecutus, decerne-
 ret, an Gallorum partibus adhærere vel-
 let. Hæ conditiones die tertia decima
 Junii, quæ erat dominica, utrinque con-
 clusæ, ac proprio chirographo munitæ
 fuerunt.

§. LXXVIII.

Rex Talleburgi.

Cum Urbs Bajonna pactis per Burdega-
 lenses initis accedere, ac comprehen-
 di pertinacius reluctaretur. Rex Turo-
 nia discedens, per Aquitanniam Talle-
 burgum usque processit, ubi mediam ex-
 ercitus partem a se dimisit, ut militiæ
 laboribus fractas restauraret vires, alteram
 vero ad hujus urbis obsidionem impen-
 dit, Dunensis autem, & Fuxensis Co-
 mites, quibus Bajonnam oppugnandi da-
 tum est negotium, die sexta Augusti mi-
 litem admoverunt, simulque valla, in qui-
 bus locarentur tormenta, erigi jusserunt.

§. LXXIX.

Bajonna a Gallis capta.

Mox obsessi infestis armis in Gallos e-
 rumpunt, ac Bernardum de Bearnia
 in crure vulnerant. Altera die Galli au-
 tis